

* * *

MOres forte notant Germano nomine Sittam :
O placeas Mundo moribus, atq; DEO.

Elias Seliger / Zitt.

* * *

QVod sita jucundo visa es sub Climate Sitta :
Talis es, & tali sis sita Sitta loco!

Johannes Gottfried Buder / Zitt.

* * *

ZITTHN Græcus habet, voluit cum dicere Picam,
Hæc etiam discat dicere ΠΑΝΤΑ ΚΑΛΩΣ

Johannes Sigismundus Lehmann / Sorâ-Lus.

* * *

O Videat saluum felix hæc Zitta SENATUM:
Sic sub multiplici PATRE Juventa viret.

Christianus Posseltus, Zitt.

* * *

GLoria prima Fori dum servat Curia laudem,
Laudati, quos jam Curia nutrit, erunt.

Albertus von Lanckisch / Zitt.

* * *

Sic in CONSULIBUS lectissima Triga perennet:
Ne ter conspicuum desinat esse decus.

Johannes Friedericus Meyer / Zittâ-Lus.

* * *

Sic quoq; PRÆTORUM constans Ternarius extet,
Ut Themis amplecti possit amica Scholam.

Johannes Christianus Zentsch / Zitt. Lus.

* * *

Tres etiam quos nunc licitum est spectare SCABINOS,
Musula Fautores spectet amoena suos.

Henningus Sigismundus Bolter / Lips. Misn.

* * *

ET tandem omnigenum qui conficit Ordo SENATUM,
Ordinibus nostris pronus adesse velit.

Hans Gottlieb aus dem Winkel / Misn.

* * *

EXemplo PROCERUM tradant sua Pectora Cives,
Et cupiant Musas fructificare sibi.

Nicolaus Panecius, Zitt.

Mul-

81 1, 5

82 1

83 1

84 1

85 1

86 1

87 1

88 1

89 1

90 1